

mita maris, qui metum solet incutere, non navigantibus modò, sed etiam is qui propè sunt in terrâ. Er aspiciemus in terram. Vulg. pro primâ personâ futuri plurali accepit *nabat*; potest quoque esse tertia singularis, et *respiciet ad terram*, etc. Solent autem Hebræi tertiis personis sæpè uti veluti impersonaliter, id est, *respicietur in terram*. Est quoque tropus hic Hebræis frequens, ut cum animi angustiam in magnis calamitatibus describere volunt, in *celo tenebras*, et in *terrâ angustiam seu pressuram*, seu etiam *tenebras*, adfore dicant; id est, quòcumque se vertant, respirare non poterunt. Adducuntque obscuratorem solis et stellarum, fremitum maris, terræ tremefactionem; sicut in sequentibus videbimus non semel; ut non perperam interpretari censendum sit qui in Evangelio signa illa vastationem Hierosolymitanam aut etiam totius mundi præcedentia ad hunc modum interpretatur. Er LUX OBTENEBRATA EST. Potest oratio per futurum reddi propter conjunctionem quæ præcessit, etiamsi cum verbo non conjugatur; et fortè præcedentibus magis conveniet. In CALIGINE ERAS. Nomen Hebræum *ariphim* variè ab ipsis Rabbiniis exponitur; et qui melius sentiunt, pro *caelis* accipiunt; sed rationem videntur ignorare; neque enim vox *caelos* significat. Sciendum igitur quòd à nomine *oreph*, quo Hebræi *cervicem* appellant, formatur verbum *araph*, xilium; et *lux obscurabitur in caelis ejus*, hoc est, operam sperabili et expectabili à Deo, sed nullam inveniet. Ita commode admodum exponit hunc locum Kimchi, et ante eum Jarchi. Fargum dividi ista: *Quòd si impii*; inquit, *querent auxilium ab hostibus*, *angustia et clades veniet super eos*, *verum iusti qui tunc erunt operentur à facie multi*. (Ibid. Cappellus.)

CAPUT VI.

1. In anno quò mortuus est rex Ozias, vidi Dominum sedentem super excelsum et elevatum; et ea quæ sub ipso erant, replebat templum.
2. Seraphim stabant super illud: sex alæ uni, et sex alæ alteri, duabus velabant faciem ejus, et duabus velabant pedes ejus.
3. Et clamabant alter ad alterum, et dicebant: Sanctus, sanctus, sanctus, Dominus Deus exercituum; plena est omnis terra gloriâ ejus.
4. Et commota sunt superfluminaria cardinum à voce clamantis, et domus repleta est fumo.
5. Et dixi: Vae mihi, quia taci, quia vir pollutus labiis ego sum, et in medio populi polluta labia habentis ego habito, et regem Dominum exercituum vidi oculis meis.
6. Et volavit ad me unus de seraphim, et in manu ejus calculus, quem foras tulerat de altari.
7. Et tetigit os meum, et dixit: Ecce tetigit hoc labia tua, et auferetur iniquitas tua, et peccatum tuum mundabitur.
8. Et audivi vocem Domini dicentis: Quem mittam? et quis ibit nobis? Et dixi: Ecce ego, mitte me.
9. Et dixit: Vade, et dices populo huic: Audite audientes, et nolite intelligere; et videte visionem, et nolite cognoscere.

quod est *dissecare animalis cervicem*, ut nonnulla alia quæ à nominibus quasi contrariâ significatione formantur. Quando autem hoc verbum non de victimis dicitur, sed de pluvîa sui rore, tum figuratè et poetice significat *influere* seu *distillare*, metaphorâ sumptâ à cervicem, que quasi stillatorum quoddam est per quod medulla è cerebro defluit in spinam dorsî, et exinde in cætera ossa, ut ea alat et irriget: hinc nomen hoc numero multitudinis, *influentia*, id est, loci è quibus sit fluxus: fluit autem lux è caelis. Hæc est sententia ejusdem viri eruditè. Ego tamen verbum *araph* non à nomine formari dixerim, sed congruere cum verbo *raaph* (à quo non differt nisi litterarum situ), quòd *sensim fluere* significat; unde, si activè accipiatur, significat *fluere facere*, ut Osee 10: *Ipsæ fluere faciet altaria isorum*, ut scilicet ad similitudinem rei alienius liquide dissolvantur et corruant. Qui autem jugulat aut caput præscindit, sanguinem fluere facit: hinc pro *jugulare seu caput præscindere* accipitur. Quòd si accipiatur neutraliter, est simpliciter *fluere*. Quare rectè Deut. 32, veritas: *Stillet sicut pluvia doctrina mea*; et cum nomine *roris* aut *pluvie* etiam in accusativo, Deut. 33. *Cæli distillabunt rorem*. Hinc nomen *oreph* formâ participii pro ipsâ posteriori colli parte, quòd per eam fluit medulla, etc., ut dictum est; q. d., *stillatorum*; hinc prædictum nomen, q. d., *stillatores vel stillatori*. Lucem ergò obteneri in stillatoribus suis est è caelis lucem non profuere. Similis locus est infra 45: *Sol obscuratus est in ortu suo*. Hæc paulò diffusius annotavi pro elucidatione hujus obscuræ vocis *ariphim*, cujus vis à perisque etiam Hebræis ignoratur.

CAPITRE VI.

1. L'année de la mort du roi Ozias, je vis le Seigneur assis sur un trône sublime et élevé; et le bas de ses vêtements remplissait le temple.
2. Des seraphims étaient autour du trône; l'un avait six ailes, et l'autre également six; de deux ils volaient sa face, de deux ils volaient ses pieds, et de deux autres ils volaient.
3. Ils criaient l'un à l'autre, et ils disaient: Saint, saint, saint est le Seigneur Dieu des armées; la terre est pleine de sa gloire.
4. Le dessus de la porte fut ébranlé par le retentissement de ce grand cri, et la maison fut remplie de fumée.
5. Alors je dis: Malheur à moi de ce que je me suis vu, parce que mes lèvres sont impures, et que j'habite au milieu d'un peuple dont les lèvres sont souillées; et j'ai vu de mes propres yeux le Roi, le Seigneur des armées.
5. Alors l'un des seraphims vola vers moi, tenant en sa main un charbon de feu qu'il avait pris avec des pinces de dessus l'autel;
7. Et m'en ayant touché la bouche, il me dit: Voilà que ce charbon a touché vos lèvres, votre iniquité sera effacée, et vous serez purifié de votre péché.
8. J'entendis ensuite le Seigneur qui dit: Qui enverrai-je, et qui ira de notre part? Et je dis: Me voici, envoyez-moi.
9. Le Seigneur me dit: Allez, et dites à ce peuple: Écoutez ce que je vous dis, et ne le comprenez pas; voyez ce que je vous fais voir, et ne le discernez point.

10. Excaeca cor populi hujus, et aures ejus agrava, et oculos ejus claude, ne fortè videat oculis suis, et auribus suis audiat, et corde suo intelligat, et convertatur, et sanem eum.
11. Et dixi: Usquequò, Domine? Et dixit: Donec desolentur civitates absque habitatore, et domus sine homine, et terra relinquatur deserta.
12. Et longè faciet Dominus homines, et multiplicabitur quæ derelicta fuerat in medio terræ.
15. Et adhuc in eâ decimatio, et convertetur, et erit in ostensionem sicut terebinthus, et sicut quercus, quæ expandit ramos suos: semen sanctum erit id quod steterit in eo.

COMMENTARIUM.

VERS. 1.—Hæc est secunda Prophætia, in qua Deus Propheta revelavit perituum regnum propter infidelitatem et cacitatem atque duritiam Judæorum. Mennit tamen etiam sanctorum reliquiarum, propter consolationem piorum (1). In ANNO QVO MORTUUS

(1) Doederlein visionem divinam, quæ versibus septem prioribus narratur, oraculo, seu potius orationi severiori, quæ sequitur, introductoriam esse censet. Prævidisse Prophetam, quantum sibi inviam oratione investiva in populi impietatem et minis plenâ creaturæ esset, nisi auctoritate divinâ præmuniatur. Ad hæc igitur aut cavendam, aut emolliendam, excitandamque attentionem, vatem tradere, se non sine Numinis admonitu talia edicere, sed divinitus instructum confirmatumque publicè censoris officio defungi. Cæterum amnem hæc representationem symbolice esse, variis compositam figuris, aliis ex historiâ, aliis ex ingenio, aliis ex cultu Judæo petitis, ad depingendam summi omnium imperatoris majestatem appussis. Nos tamen hæc dubitanis hæc accedere interpretibus, qui solemnem inaugurationem ad munus prophete gerendum hoc carmine describi statuunt. Sudent id et carminis sublimitas et similes visiones, quibus ad munus propheticum inaugurati sunt Jeremias, cap. 1, et Ezechiel cap. 1. Atque quemadmodum Jeremias deprecanti munus propheticum sibi oblatum, cui se imparè sentit, Deus animam addit tactumque ejus ore prophetam conserat, numerisque paribus instruit; ita et noster hæc parèra numeri propheta gerendo se sentiens labiis contactis igneo lapide à sua immunditie liberatur; et hoc ipso ad sumum munus inauguratur. Sic et alii vates, quibus nomen sanctissimum visu sese offerret, suæ infirmitatis memores, se tantâ visione indignos judicarent. Vid. Ezech. 1, 28; Daniel 8, 17, 18, et 10, 9, 10; Apoc. 1, 17. Erat igitur hoc carmen omnium qui Isaias edidit primum; nec obstat huic sententiæ libri inscriptio, in qua Isaias sub Usâ propheta munere fungi compasso dicitur. Quam verò quæ hoc capite describitur visio eo quo Usias rex obiit anno objecta fuerit, (vers. 1), aliquot menses ante regis mortem id accidisse necesse est. Cur verò qui Isaias vaticinia in unum volumen colligerunt, hoc, quod temporis ratione omnium primum est, non in libri fronte collocarint, ratio probabilis nunc vix reddi poterit.

Carmini huic explicando viri docti laud pauci singularem operam impenderunt. Quorum scripta, quotquot nobis innotuerunt, jam recensebimus.

Hieronimus sub commætarîi in hoc caput initio: «De hæc visione ante annos circiter triginta, cum esset senex Constantinopolis et prædixit vitem elegantissimum Gregorium Nazianzenum, tunc ejusdem urbis episcopum, sanctæque scripturarum studiis eruditè, essio me brevem didicisse subitumque tractatum, ut experientium caperen ingenio mei, et amicis juvenibus obedirem. Ille tractatus idem videtur, qui

10. Aveugle le cœur de ce peuple, bouche ses oreilles, et ferme ses yeux, de peur que ses yeux ne voient, que ses oreilles n'entendent, que son cœur ne comprenne, et qu'il ne se convertisse à moi, et que je ne le guérissè.

11. Et je dis: Eh! Seigneur jusqu'à quand? Et il répondit: Jusqu'à ce que les villes soient désolées et sans citoyens, les maisons sans habitans, et que la terre demeure déserte.

12. Le Seigneur bannira les hommes loin de leur pays: mais celle qui aura été laissée au milieu de la terre se multipliera.

15. Car il en demeurera un dixième. Cette portion se convertira, et elle paraîtra dans sa grandeur, comme le térébinthe, et comme un chêne qui étend ses branches; et la race qui demeurera en elle sera une race sainte.

EST (1). Hebr. : In anno mortuus est, etc. Sed Vulg. docet vitavit hebraismum. Utuntur enim hebraei

bodienim exstat inter Hieronymi Epistolas. Damasco inscriptus est, legiturque in Hieronymi Operum edit. Francofurt. t. 5, p. 77, seqq. edit. Martianii, t. 4, p. 1120; edit. Vallars, t. 3, p. 500. Explicatio satis proluxa, sed tota allegorica et mystica. (Rosenmüller.)

(1) In ANNO MORTIS REGIS USIÆ, quo mortuus est rex Usias. Conf. similes phrasin infra 44, 28 Sed Chalæus: In eo anno quo læra percussus est Usias rex. Id sequuntur præter Jarchium plures Hebræorum interpretes; nam ex eorum placite leprosus pro mortuo habebatur. Verum locus parallelus nostri vatis modò indicatus arguit, verba nostra simpliciter esse intelligenda de obitu Usiæ regis. Et quemadmodum illud vaticinium, cui 14, 28, inscribitur in *anno mortis regis Ahazi*, plures volunt Ahazo mortuo editum esse, ita et nostrum, cui eadem epigraphe, non ante, sed post mortem Usiæ proditum statuunt. Ea Hieronymi est sententia in utraque hujus carminis expositione. Ita enim ille in priore ad Damascum: Regnavit Ozias annis quinquaginta duobus, quo tempore apud Latinos Amulius, apud Athenienses Agamemur undecim annis imperabat. Post cujus mortem Isaias propheta hæc visionem, quam explanare nunc nitimur, vidit, et est, eo anno, quo Romulus, Romani imperii conditor, natus est.... Vivente leproso rege, et, quantum in se est, sacerdotium dissipante, Isaias visionem videre non potuit. Quando ille regnum tenuit in Judâ, propheta oculos non levavit ad cælum; non ei sunt reserata cælestia, non apparuit Dominus: «Sabaoti, nec in mysterio fidei rei Sancti nomen auditum est. Quando vero ille mortuus est, universa, quæ subsequens sermo monstravit, aperto sese lumine prodiderunt.» Non hoc vult Hieronymus, hoc carmen omnium, quæ Isaias edidit vaticinium, esse primum, sed primum esse visionem, quæ illi divinitus oblata esset. Idem Hieronymus in Commentario: «Sui quatuor regibus prophetas Isaiam super Judæam et Jerusalem, prima visionis (rectius dixisset, carminis) illius demonstratum est. Mortuo ergo Usiâ, sub quo dicta sunt universa, quæ supra exposuimus, successit filius ejus, Joatham, qui regnavit annis sexdecim, et fecit rectum in conspectu Domini, et portam templi edificavit excelsum. Quo imperante vidit Isaias sedentem Dominum super solium excelsum et elevatum, ut habitum regnantis ostenderet.» Sed verè monuit Gesenius, visio, quæ hoc capite describitur, si vati objecta fuisset mortuo Usiâ, credibile esse, primum annum Jothami, successoris Usiæ in regno, notari. Causam quidem, cur in hæc inscriptione tempus oblate vati visionis morte decedentis potius, quam regno tunc regnantis regis, Jothami, notetur, Chr. Aug. Crusius in Progr. de arri Jothamicâ (Lips. 1756) tradidit hæc: «Annis ille, quo rex Usias mortuus est, Jothamicus secundus quidem, sed regni Jothami primus erat, ideoque nomen, si à Jo-

præteritis tanquam nominibus, præsertim cum nominibus temporis positum in regimine: *In anno mortuus est. In principio creavit Deus cælum et terram; id est: Initio, quando Deus cælum et terram creavit.* Sequitur autem in Injunctio dictionibus conjuncto cum altero verbo. Sic Gen. 4: *Et terra erat inanis et vacua, id est, tunc; vel omnino omnitem est.* Vide infra 14, 5 et 4. Ita hoc loco: *Et vidi Dominum, id est, tunc vidi, etc.* Et Osæ 1: *Principio locutus est Dominus cum Osæ et dixit, etc.; id est: Quando initio Dominus locutus cum Osæ, tunc dixit, etc.* Hebræis annus *chanah* dicitur à *mutacione* seu *revolutione*, quod videlicet annus perpetuè serie sequatur, atque thamo appellabatur, ambiguum erat. Nam eo tempore, quo Usias senex functiones sacerdotii sibi arrogans in Sanctuario lepra percussus erat, idemque cum contumeliosè separatim degere cogebatur, et Josiam domui regie præerat, etsi regio nomine non thamus, vivente patre, qui sequenti anno decessit, anni Iohannici, ut æra secundaria, aliquandiu numerati sunt, etiam post ejus mortem, quam ob causam canas Ahasi tertius nuncupatur quoque vicissimus Iohannicus. Casus autem ille, quo affectio sacerdotii in rege cateroquin probato confestim lepra thali vindicabatur, in historia religionis veteris Testamenti permagni ponderis est, ostenditque quam divina et inviolabilis sit constitutio per Moysen facta. Hinc operæ pretium utique fuit, annos ab hoc termino numerare, sed non tristi nomine, quodque in defunctum videri posset contumeliosum, annos lepræ Usiæ. Quod quidem arguit excogitatum, sed parum verisimile est. Nec valet hujusmodi ratio epigraphæ oraculi 14, 28, præmissæ. *Vidi oculis meis; nam de visione phantastica, qua propheta vigilanti et in exilium raptò obtigerit, ea omnia quæ hinc pericopâ narrantur, intelligenda esse, inter Hebræos rectè observat Abarbanel, ita ut longè diversus à Maimonide, qui in More Yehochim, p. 2, c. 45, kata hoc visum in somnio prophætico obtigisse contendit, quod ipsum à visione exactâ parum aut nihil differt.* Eadem tempore visionum est, qua narrantur à Michâ 4 Reg. 22, 19, Amos 7, 1 et 8, 1 et 9, 1, Jeremiâ 1, 11, 12, 15, Ezechiele 1, 1, 10, 1; Daniele 7, 13. DOMINUM Jovam, Israelitarum regem, ut disertè vers. 5 appellatur. Chaldeeus, gloriam Jovæ, posuit, ut innuere vatem non vidisse ipsum Deum, *cujus essentiam, uti Hebræorum philosophi loquuntur, mortuum neno vel oculis usurpare, vel imaginandi vi representare sibi potest, sed symbolicon quoddam phantasma, quod Deum representaret.* Specie humanâ autem vatem animo concepsisse Jovam summi potest inde, quod throno cum insidentem splendideque trabem indutum describit. Et Ezechiel nomen in visione sibi obtutum describit 1, 26: *Figurâ humanâ simili.* Interpretum antiquiorum et recentiorum haud pauci eum, qui hic describitur, *Deum filium* fuisse, existimant ob locum Joan. 12. I. SEDENTES SUPER THRONO ALTO ET ELATO. Notat Kimchi, citi et Genesius adimplulatur, *altum et elevatum esse adjectiva substantivi throno.* Sed est doctus Abarbanelis observatio, voces illas æquè commodè referri posse ad Deum; ut sensus sit, speciem, quæ occuparet thronum, visam esse angustam, et humanâ specie, tam laxâ et fluxâ veste, majestatis indice; ut oræ, sive fimbriæ eius largè partem fuerint in templum, hoc est, medium templi partem, hinc penetrati corrigentur, velo et interseriali intermedio, quæ Sanctum ad aditum diversimodè trematis.

(Rosenmüller.)

in anno perpetue rerum ac temporum sibi mutationes ac vicissitudines. SUPER THRONUM. A verbo *cassah*, quod operire seu tegere significat, dicitur nomen *kissi*, thronus vel sedes quam tapetibus operiri solent; qualis est regum et judicum; et hoc differt à *mochal*, quod quamlibet in genere *sedem* notat, etc. FIMBRIÆ. Ego nomen *schulim* non *fimbrias* notat, quas limbos dicimus, sed *inferiores vestium* partes significare existimo, quæ ob prolixiores fieri solent, quò magis majorem quisque fastum præ se fert: unde cognitionem habet cum verbis quæ *detractorem* seu *dejectionem* significant, quòd dejectionem, et quasi detrahi et præscindi possint, veste adhuc integrè remanente. Vide locum in quibus invenitur hoc nomen, et sententiam meam comprobabit; neque huic loco aliud congruere posse videtur: quapropter periphrasis, quæ usus est Vulg., *quæ sub ipso erant, contemneunda non est.* TEMPLUM (1). Vel *regiam*. Nomen *hebraicum hekal* nescunt plerique Rabbini ad quam radicem referri debeat. Est autem à verbo *inhal*, quod *potentiam* notat, q. d., *dominica, vel basilica, regia*, ubi *rex* seu dominus aliquis potenter regnat et dominatur, et 7 est littera formativa. Hoc nomine tabernaculum Doraini, postea templum Hierosolymitanum dictum est, quod utrumque fuit Deo velati aula in qua peculiariter majestatis suæ præsentiam seu potentiam exhibuit: ac declaravit.

VERS. 2. — SERAPHIM (2). A verbo *seraph*, quod

(1) Quid hoc loco intelligendum sit per templum, non consentiunt interpretes. Sani qui existunt in oblatum fuisse Isaiæ Beauri throno insidentem extra templum in celo; angustâ adèo specie, et tam laxâ et fluxâ veste, ut illius fimbriæ implem templum, ita Chaldeeus: *Vidi gloriam Domini residentem super solium excelsum et elevatum in caelis supremis.* Vide aut ejus menti obversatus esse locus infra 66, 1: *Dixit Jovæ: cælum est thronum meum et terra scabellum pedum meorum.* Sed nostri loci alia planè est ratio. De eo rectè Grotius: *Visum est vati tribunal erectum in templo tanquam in Dei regni, et ex sequentibus apparet.* Primo enim dicitur fimbriæ vestis replese templum, hoc est, ipsam templi ædem, quod intelligi nequit, nisi supponatur Deus in ipso visum sedisse templo. Templum enim quibus supernè clausum tectumque esset, non potuit trabes regalis lacina implese templum, si Deus apparuerit vati extra templum. Tum, postquam dictum esset (vers. 2, 5), Seraphos gloriam majestatemque Dei concorde voce prædicasse, addit vers. 4, *commotis esse postes limitis à voce clamantium.* Quomodo vero, si hæc acclamatio in ipso templo facta non sit? Porro, quod subsequitur, *domina repletam esse fumo, idem evincit.* Denique discreta altaris mentio vers. 6, extra omnem dubitationem ponit, scenam hujus visû non in templo. Templum igitur in spiritu se vidit vates in sanctissimo templi penetrali, eodem in loco, ubi sedes erat arce federis, throni Jovani imago, sedentem in throno, angustâ specie, tam laxâ et fluxâ veste, majestatis indice; ut oræ, sive fimbriæ eius largè partem fuerint in templum, hoc est, medium templi partem, hinc penetrati corrigentur, velo et interseriali intermedio, quæ Sanctum ad aditum diversimodè trematis.

(2) ILLUD, scilicet, soñum. ERR, pro, suam, quicquid scilicet non audens aspiceret; vel ejus, scilicet Dei, secundum Hier. ep. 142, Chal. *Anthus relabatur nusquamque faciem suam, ut non videret, et duabus ve-*

est cremare, concremare, comburere, deductur hoc nomen, quod dicitur serpentes, seu dracones alati et volantes, qui nedum igniti coloris sunt, verum etiam homines quos mordent letali ardore inflammant, frugesque et viridia alia afflata suo adurunt. Et Græcis hujusmodi serpens *αερας* dicitur, ab *urendo* seu *inflammando*, de quo Lucanus:

Oraque distendens avidus spumantia præter.

Vide in lib. Num. cap. 21. Eodem nomine dicitur etiam spiritus quidam angelici alati et volantes, eò quòd ignei sint et ardentes, quos Ezechiel 28 vocat *abne esch, lapides ignitos*, quòd et toti dilectione arderent et splendorem haud vulgarem emitterent.

SEX ALÆ UNI, ET SEX ALÆ ALTERI. Hebr., *sex alæ, sex alæ uni*, id est, singuli senas alas habebant, seu tria paria alarum, quarum quis esset usus mox aperit. Mihi verò fit verisimile, non tantum duos Seraphim Domino assistisse, imò plurimos et innumerabiles; neque quòd duabus illis illine avolarent, sed quòd volarent supra Dominum, id est, alas agitent, ut aves quæ eodem loco consistentes, tamen alas movent atque expandunt. Per pedes autem inferiorem totum corporis partem accipe, ut sæpè in Scripturis accipiendum est. In *velatâ facie* reverentiam tantæ majestatis cogita, conjunctam tamen summo videndi atque cognoscendi desiderio, quam volitatio illa supra Dominum designabat. Reverentiâ verò reverendum quoque cognatam habet, quam in *velatis pedibus* intellige.

Neque præterea, quòd cum igniti sint et toti amore ardeant, adhuc tamen reverendè et reverenter se erga Dominum gerant. *Claudat quidem oculos majestati dilectio*, ut loquitur Bernardus, *ut eam scilicet deponat qui diligit, non ut eam non agnoscat dilectus*: quòd si adhuc contendas etiam majestati oculos claudere dilectionem, ut audeat multa quæ nisi diligeret non audeat; et hoc quoque verum esse fatebor libenter. Sed quæ major audacia quàm quòd tantum Dominum amare quis audeat? Quid si occultatio illa faciei non tam timore ac reverentiam quam intolerabilem, et qui oculis creatis sustineri nequeat, splendorem divine majestatis designabat? Nequit enim comprehendere divina majestas. Volitant ergo beati Spiritus, et videre desiderant; neque aliud agunt, et in hoc toti sunt: quia tamen sibi opus esse vident ut facies suas operiant, ne opprimantur à gloria, corpus quoque suum operiant, ne videantur et ipsi; quoniam enim pacto nulli apparet coram eo cuius splendores ipsi suscinere non possent? aut quid in seipsis dignum admiratione atque inspectione intelligent, qui majestatem illam intuentur? Hanc visionem vidisse Isaiam anno quo mortuus est rex Usias, certum est: utrum vero ante ejus mortem an post, incertum; et hoc non illud fert, parum refert. Neque alicuius momenti apud me sunt quæ hic somnia Rabbini afferunt.

Labat pedes suos, ut non videretur, et duabus ministrabat. Hier. alii, *faciem et pedes Dei*, quia nemo potest scire quid aut mundum fuerit, aut post mundum futurum sit, media tantum cognoscimus.

VOLABANT, scilicet parati ad Dei jussa.

(Emmanuel 5.)

Quò autem tetenderit hæc visio, infra videbitur. VERS. 3. — ALTER AD ALTERUM. Hebr., *hic ad hunc, id est, ad se invicem.* PLENA EST (2). Hebr. *Plenitudo*

(1) Quod dicitur, *clamasse hunc ad illum*, quosdam in hac induxit sententiam, duos tantummodo Seraphos esse intelligendos; malè. Notum enim est formulas synonymas æquè de pluribus, ac de duobus usurpari vid. Exod. 14, 20 et 56, 10; Isai. 19, 18. Jerem. 46, 16, 17, 17, venerabilis, omni cultu prosequendus, Ose. 11, 9; Isai. 43, 4. Vide quæ de hæc voce disputantur *Zacharie Bibl. Theol.* t. 1, p. 240, seq., part 2, præfat.; *Doderlein. Instit. Theol. Christ.*, part. 1, p. 278, 279, edit. quart.; *Halmagel. Handbuch der bibl. Theol.*, part. 1, p. 324, seq. In trimâ vocei *Sanctus* repetitione aliquid mysterii latere, tam Indici, quàm christianis interpretis opinati sunt. Ex illis quidem antiquissimus, qui nobis superest, Chaldaeus, verba hebraea sic exposuit: *Sanctus in caelis excelsum, domo majestatis suæ; Sanctus super terram, opus potentis suæ; Sanctus in seculum et secula seculorum Jovæ Deus exercituum.* Kimchi numerum ternarium refert ad tres mundos: a Mundum superiorum, qui est mundus angelorum et animarum; mundum medium, qui est mundus orbium et stellarum, et mundum inferiorum, cujus partem facit homo. Interpretes verò christiani et veteres et recentiores longe plerique Sancti nomine repetitio trinitatis mysterium spectari sibi persuadent. Verum rectè Grotius trimâ vocei omnium repetitionem vehementissimè affirmat observat, alatis locis Ezech. 21, 52, Jerem. 22, 29. Et Joan. Buxtorius Nepos, in *Catalectis*, cap. 60, p. 75, illos reprehendens, qui ad astruenda maximi momenti dogmata argumenta promiscuè coarctant, ne prætermisissis quidem imbecillioribus, in quorum censum et refert argumentum, quod nonnulli ad probandum Trinitatis dogma reperisse visi sunt in trimâ divine sanctitatis repetitione, quem Isaias à Seraphis facies esse refert, ita scribit: *Et summi sancti mysterio et alia in sacris paginis offendere est mysterio carentes, nec aliud quid inuenientes, præter repetitionem, de qua agit, præstantiam, vel singularem quamdam affectus vehementiam.* Ita Judæi olim clamabant: *Templum Jovæ, templum Jovæ, templum Jovæ, Jerem. 7, 4.* Et Cap. 22, 29, Jeremias inquit: *O terra! terra! terra! auti verbum Jovæ.* Ezech. 21, 21, similibus occurrat repetitio: *Perversam, perversam, perversam ponam eam, scilicet coronam.* Subjiciam *his locum 2 Sam. 18, 35: Fili mi! Absalom, fili mi! fili mi!* Itaque angeli similes hic repetitione utentes partem zelum produnt et ardorem, quò flagrant celebrandæ sanctitatis divine, partem etiam perfectionem atque excellentiam ejus extollere satagunt. Similia apud Græcos et Romanos exempla sunt obvia, qui *ter Maximam* vocantur Mercurium, ethonores *ter geminos* amplissimos vocant. In verbis: *Plenitudo omnis terræ gloria ejus, vox gloria* accipi potest vel ut subjectum, vel ut prædicatum. Si ut prædicatum, sensus erit: *Quidquid implet terram est gloria ejus, sive, facti ad gloriam ejus.* Ita Piscator: *Omnia creata, quæ sunt in terra, lesantur, ostendunt, Deum esse dignum omni gloria et laude. In his enim rebus et gloria omnipotentis et virtutis Dei.* De Dien: *Quidquid in totâ terrâ est, quidquid usquam terrarum reperitur, est ipsius gloria.* Cui interpretationi Kimchi quoque laet: *Vult dicere, animalia, gemina, et similia omnia esse ejus gloriam, quia ipse omnia creavit, et omnium horum causâ celebratur: illum sunt creatura intelligentes.* Si vero gloria accipias ut subjectum, sententia erit hæc: *Gloria Dei est plenitudo totius terræ, h. e., implet totam terram.* Ita veteres omnes. *Tunc gloria* hic idem erit quod *laus*, ut Heb. 3, 3: *Laudæ ejus plena est terra.* Eodem significatu gloria occurrit in locis parallelis. Num. 14, 21; Ps. 72, 19.

(Rosenmüller.)

(2) Plenitudo totius terræ est gloria ejus: id est miraculis et prodigijs Dei plena est terra. Vel, omnia creata

torra gloria eius; et potest suppleri verbum est, vel sit.

VERS. 4. — POSTES. Hebraeis à verbo *amen*, quod *fidem, firmitudinem, certitudinem, seu stabilitatem* notat, venit nomen *ammoth* id est, *postes à firmitudine*, sicut alia multa quae *firmitatem, veritatem* et similia significant. Eadem quoque ratione ab eadem radice *amah* in sing. significat *cubitus, à certitudine et firmitate*; nam mensura debet esse res firma et certa. *Amoth* verò hoc loco idem est quod *ammoth*; nam licet sint formæ diversæ, idem tamen significant. *LITANARIUM*. Hebraea vox *siphim à suph*, quod *cessare, finire, seu deficere* significat, derivatur. Sicut ergo *timere* Latinis à *limitando*, id est, terminando, appellationem habet, ita Hebraeis *saph à suph*, licet interdum capitur pro ipso poste, hic *domum* appellat. Quod vers. 1 templum vocat, hic *domum* appellat. *Fumus* (1) autem seu *nebula* symbolum erat gloriæ Domini: et ad Domini presentiam solebat excitari olim fumus seu nebula (vide Exod. 24, et Num. 16, et 1 Reg. 8); adeo ut ipsum fumum *gloriam Domini* appellare Scriptura interdum videatur. Sed quid est quod presentiam suam Deus olim nebula significabat? Numquid *habitare se lucem inaccessibilem*, et eos qui gloriam ipsius intueri ac speculari audent, tenebris involvendo? an omnia illis esse nebulosa et fumo plena? et si quid interdum splendoris illis illescere, id esse peregrinum et modicum, praesertim si comparatur cum luce evangelicâ? Nam *neque in vultum Moysi*, qui resplendebat, poterant intendere *oculorum aciem filii Israel*; et Paulus se et ceteros Apostolos *gloriam Domini revelatâ facie*, ut munda specula, *recipere* gloriabatur. Hanc autem visionem imaginariam fuisse ferè omnes existimant; sed si quis dicat oculis carnis Prophetae oblatam, et Dominum humanâ specie, veluti regem in solio sedentem, Isaie apparuisse, merito reprehendi nequaquam poterit, praesertim cum hujus versûs verba id confirmare videantur, maxime autem vers. 5, in quo Propheta affirmat se valde timere quod Deum vidisset *presentem oculis suis*. Fuisse autem hanc primam omnium visionum, neque ordinem servari in describendis revelationibus, omni nonnulli probabiliter affirmant; nam hic manus ei commissum atque injunctum videtur, ut statim ipse narrat. Quorum tamen sententiam non

que sunt in terrâ testantur sive ostendunt Deum esse dignum omni gloriâ et laude: in illis enim relictæ gloriâ virtutis et omnipotentiae Dei.

(1) ET DOMUS REPLETA EST FUMO. Interpretes nonnulli illud, quod limina tremebant et templum fumo implebatur, signum iræ divinae in populum Israeliticum (vers. 9) existimant. Sed non est dubium, illis divinam majestatem, qualis antiquis objici solebat, deimenter acclamato. Rectè Doederlein: Uramque Numinis presentis et annuentis symbolum; alterum quoque profanis scriptoribus haud ignotum, juxta illud Virgii *Aeneid.* 6, 255.

..... Jugu capta moveri

Adventante Dei.....
alteram ex historiâ sacrâ positum, 1 Reg. 8, 40, 11. s. Conf. Exod. 40, 54 Ezech. 40, 4. Apocal. 15, 8. (Rossmüller.)

video cur probare debeam; nam quod de munere prophetandi injuncto afferunt, non simpliciter de munere prophetandi intelligo, sed ad peculiarem Prophetiam, quae statim explicabitur, puto referendum. Sed hæc parim ad rem. Illud potius considerandum, voluisse Dominum ut Propheta, qui nuntiaturus esset populi execrationem, specimen quoddam divinae gloriae prius videret, beatos quoque Spiritus, Jehova sanctitatem, ac quam dignus esset quem tota terra coleret et sanctificaret, prædicantes magnis vocibus, et auribus audiret et oculis intueretur, ab ipsisque Spiritibus disceret quo pacto divina tractanda essent ac quo pacto erga Dominum affectus esse deberet. Gloriam enim majestatemque intuitus est, non tantum dum in excelsis throno sedentem vidit, aut domum fumo plenam, sed et cum fimbriis imasque vestes regiam implere, id est, magnâ ex parte occupare, conspiceret. Quid hoc, quæso, erat nisi quod vel sola destillatio quaedam divini luminis, quo Dominus ille excelsus amictur tanquam vestimento, ad illustrandam universam Ecclesiam suam sufficeret? Per speculum enim videmus, et per fidem ambulamus, et ex parte cognoscimus. Mansionem quidem illam beatorum se ipso illustrat Dominus; et Agnus ipse est Sol: at nostra hanc Ecclesiam, quæ et templum et regia quoque ipsius est, fimbriis suis implet ac divitem et illustrem reddit. Nec enim caro Christi, et in carne Dominus gessit, humanitatis denique mysteria omnia, ac quæ ad nostra salutem nobis reliquit Sacramenta, aliud sunt quam fimbriæ quaedam divine majestatis, si conferantur cum illâ immensâ gloriâ quæ revelatur in nobis, quando eum videmus sicuti est. Hanc igitur visionem intuitus Isaïas, jam quid senserit videamus: hinc enim quid portenderit Dominus visionem istâ aliquid saltem ex parte colligemus.

VERS. 5. — Væ mihi, quia tacti. Ad culpam hoc plerique referunt, *me miseram*, quod et silentio et loquelâ septis peccavi, cumque sim pollutus labiis, et in sermone sapientis offendam, et inter mel similes habitem, etc. Ubi annotatione dignum est quod, cum propheta indignitatem suam libenter agnoscat et plane confiteatur, nullus tamen criminis à conscientia quam lapsus verborum damnatus fuerit. Hic sensus planus est et sequentibus convenire videtur, ubi est sermo de oblatâ iniquitate et peccato, etc. Sed alius poterit subesse sensus ab hoc maxime diversus, scilicet hæc ad malum poenæ referas, et de duobus primis locis positum aut affirmativè aut disjunctivè accipias, ut solent Hebraei quando in eadem clausulâ bis aut septies ponitur, ut 1 Reg. 18, 27, *aut colloquium, aut occupatio est illi, aut iter, etc.*, ubi etiam Vulg. disjunctivè verit; illud autem *contaminatus labiis* poenæ sit, non culpæ: sicut et Moses (si Vulg. sequaris interpretem; scio enim et illa verba aliter accipi posse), ex quo cepisset loqui cum Domino, *prepedium* se sensit, et in *linguâ et labiis duritiam* quamdam seu *graviditatem* passus est, id est, hasitantium linguam traxit, ac balbutire cepit. Vide Exod. 4. Unde Exod.

dicebatur *Moses circumciscus labiis*, seu *prepedium in labiis habere*; *circumciscus* autem esse et *pollutus* seu *contaminatum* idem sæpè sunt, et ut cognata in Scripturis conjunguntur. Illud quoque quod secundo loco est, *teme*, conjungatur cum pronome primæ personæ, ut in priori parte versûs: *Contaminatus labiis ego habitabo in medio populi*. Inquit ergo Propheta: *Ilem me! nam in silentium redactus sum*, id est, perii, vel certè, ero mutus seu blasus ac ballus, *inter meos deinceps vulgi irrisioni expositus aut admirationi*; nam *cidi oculis meis Jehova*. Vulgata enim erat opinio, quod qui visiones vidisset periculum mortis vix evaderent. Vide Jud. 15, et Gen. 51. Admiratur enim Jacob quod vidisset Dominum et non novererat. Quod verò *videmethi*, non *tacui*, sed *perii*, aut *actum* est, interpretor, scito quod quamvis *damah* in voce activâ *silere* ac subindè *quiescere* significet (de quo jam supra cap. 1, 9), in voce tamen passivâ est in *silentium* seu *quietem redigi*, et semper est poenæ, et idem valet quod *actum est, dispersit*, etc.; de quo vide infra 15, 1. Sentiebatur enim Isaïas *præpeditam* linguam; quod solemne est iis qui visione quâpiam terrentur ac stupent. Hanc autem interpretationem in versione secutus sum, tantum ut sic posse Hebraea reddi significarem, eamque amplecterer nisi moritas obstraret, quæ tamen interdum non modo veniâ, verum etiam laude digna est; praesertim cum communis interpretatio suos habeat nodos.

VERS. 6, 7. — Metu correptum Prophetam et propè attonitum suo more sublevat ac consolatur Deus, et veluti caetero quodam *labiorum delicia*, si priorum interpretationem sequaris, aut *gravitatem, præpedium*, id est, hasitantium seu debilitatem, *lingua*; omne denique *impedimentum*, si posteriorem, *aufert* atque delet. Hebraeis enim quæ nomina culpam, eadem propè omnia et malum poenæ quoque significant. Cumque *carbo ignitus ori appositus* soleat impedimentum afferre etiam expedite loquenti, Prophetae tamen facultatem loquendi faciliè præbet atque restituit per divinam virtutem. QUEM FORCIPE TULERAT. Hebraismus non habet hic relativum; sed eis familiare est illud emittere, ita ut præteritum pro participio acceptum videatur, q. d.: *Et in manu eius carbo accensus forcipe ab altari acceptus*. ALTARI. Hebraeis à verbo *zebah*, quod *maclatæ* propriè significat, deinde etiam et *maclatas pecudes in sacrificio offerre*, venit nomen *mizbeah*, id est, *ara seu altare*, super quo maclatæ pecudes sacrificabantur. Hic autem locus ostendit, rectè Vulgatam supra v. 1 transtulisse *templum*; ego verò dixi *regiam*, tantum ut propria significatio nominis constaret. Erat autem templum regia Jehova, ut ibi annotavi. MUNDABITUR. Vel *expiatum est*. Verbum autem *caphar* propriè *tegere, operire, abscondere, oblitire*, etc., significat, et in secundâ conjugatione est etiam *abstergere immunditiam vel sordes*, vel *erratum*, vel *iram vel offensam amovere è conspectu*, nè *amplius appareat, imputetur vel offendat*. Nostri verbo *expiandi* reddiderunt: potest etiam reddi verbo *emundandi* seu *depurgandi*.

S. S. XVIII.

VERS. 8. — Majestatem suam exhibuerat Dominus

Prophetae, quam Spiritus angelici laudabant ac summâ cum reverentiâ prædicabant, ut quum dignus esset qui à mortalibus etiam coleretur intelligeretur, atque pro suâ virili eos imitaretur qui magnis vocibus *Sanctum sapientis* vocabant, et dignum esse *cujus gloriâ* et confessione *univèrsa terra impleteret*, prædicabant, optaretque ut hominum corda religione ac timore tanti Numinis tangerentur ac contremiscerent, et prædicatione verbi commoverentur, praesertim cum firmissima quæque illius aulae seu templi Seraphim vocibus tremefacta videret. Sed cum hæc seraphim phetam quoque stupeficerent, non fortè agnoscens imbecillitatem suam minus detrectaret, ubi *carbone ignito* impedimento illo ac indignitate liberatus est, viresque loquendi recuperavit, audit vocem interrogantis *quemnam mitteret*. Unde intelligere possumus quorsum tenderet isthæc visio. Dignum quippe visum est Domino ut hujusmodi visum præcederet creationem ac delegationem Prophetae ad populum illum durum et intractabilem. Poterat sanè Seraphium mittere, sed mavult hominem, qui ut culpa non vacasset, si, antequam divino adiret carbonem, id munus suscepisset, ita laude dignus esset, si à Deo purgatus et jam divinâ visione instructus id liberet obire se velle profiteretur. Is enim divini verbi aptus ministrus censendus est qui et divina precepit et dono reverentis denotus est. Illud quoque nequaquam prætereundum videtur, quod non dicit: *Ego eo*, aut *ibo*, sed: *Mitte me*, q. d.: Si miseris, ibo; *quomodo enim prædicabunt nisi mittantur*? Quis tunc nobis (1)? Da-

(1) Vates liberatus ab indignitate sua conscientia paratissimum se jam sentiebat ad servendum tanto regi cum ministris cæteris, Seraphis. Cum igitur audiret, quærentem Dominum, quem ad magnam aliquam provinciam habiturus esset ministrum, jam audacior factus, ultro se offert. Quis tunc nobis, id est, pro nobis, ad nostra mandata exsequenda, ut Kimchi explicat, qui præterea observat, usurpari pluralem, *nobis*, quod Deus cum Seraphis locutus, et consilium cum eis inuenis de hæc re inducat. Indignum id Deo Michaelis censet. Sed cum hoc visio Deus sistatur ut rex, omnesque illius imagines desumptæ sint ab aulâ regis; Jova tunc incommodè describit possit instar regis, è solo consiliarios suos interrogantis de eo quem missurus esset ad Judæos, ut mandata ad eos ferret. Malo tamen *nobis* pro simplici plurali majestico habere, quo Deus de se loquens utitur. Conf. Gesenii *Lehrgeb.* p. 665, 799. Hieronymus. « Pro eo quod et nos et alii omnes interpretes transtulerunt *nobis*, quod Hebraicè dicitur *lanu*, nescio quid volentes Septuaginta posuerunt ad *populum istum*, quod penitus in Hebræo non habetur (videtur Græcus interpretis oculo aberrasse in versum sequentem, ubi legitur *populo huic*). Quando autem ex Dei personâ dicitur nobis, illo sensu accipiendum est, quo et in Genesi legitur (1, 26): *Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram*, ut sacramentum inductè « Trinitatis. Quando enim in Evangelio (Joan. 10, 50) legitur dicentem Dominum: *Ego et Pater unum sumus*, et unum ad naturam referimus, sumus ad personarum diversitatem. Sic Dominus jubente Trinitas imperat. Propterea autem non dicit Dominum, quem eire precipiat, sed proponit audientibus opinionem, ut voluntas præmium consequatur. Et propheta non temeritate et arrogantia purge conscientia se ire promittit, sed fiducia, quoniam purgata sunt labia

tivus additur more Hebræorum per pleonasmum : hic tamen numerum multitudinis mysterio non vacare S. Patres annotarunt.

VERS. 9. — Illa etiam verba : *Nolite intelligere, nolite cognoscere*, per futura verba verti possunt : *Non intelligetis, non cognoscetis*; sed quæ sequuntur ut imperatè dicta accipiuntur videntur exigere : *Ne intelligatis, ne cognoscatis*; et accipienda sunt sicut quæ sequuntur.

VERS. 10. — *IMPINGUA*. A nomine *schaman*, quod in genere omnem *pinguedinem* notat, fit verbum quod *pinguere* significat, et in tertiâ fit activum : *Crassum reddo et obtusum*. Ventres enim pingues non gi-gnunt mentem. Et sicut corpora pingua minus sunt agilia neque faciliè moventur, sic metaphori-cè *cor pingue* seu *mens crassa* illa dicitur quæ non penetrat, non ratiocinatur. CLAUDE, vel *præstringe*. Hebræis enim *schaa* est *reprimi* seu *retineri*; ut sit contrarium verbi *excæcandi*, seu *proferendi* et *emican-di*, de quo infra 29. Hic est in tertiâ *restringe* sive *præstringe*, *reprime oculos*, *ne videant*, etc. Quæ his duobus versibus continentur accipienda existimo ut verba irati animi, quæ nihil aliud significant quàm illos ob malitiam suam audientes non intellecturos, ne-que percepturos quod ipsi expedit et quæ Domini jussu ipsis proponebantur; certumque esse quòd obruti vitii ac longè peccandi consuetudine non at-tenderent monitionibus Prophetarum, ut essent in auribus eorum verba Phœthæ *sicut verba libri si-gnati*, etc., ut infra 29 dicitur, qui locus hunc expli-cat. Quòd autem tota hebetudo ab ipsis proveniat, neque Deus sit qui si propriè loquaris illos excæcet, probat hic quoque locus, dùm Phœthæ præcipitur ut *ipsorum cor impinguet*, et *ures eorum obturet*, etc. Qui enim fieri posset ut id Phœthæ præstaret? Signi-ficat ergo illos nihil minùs intellecturos, quàm si quis eorum aures obturasset aut oculos repressisset, etc. Nam quod Joannes 12 dicit : *Propterea non poterant credere, quia iterum dixit Isaias : Excæcavit oculos eorum*, etc., non ita accipiendum est ut sonant verba, sed : *Propterea non poterant credere, quia tales erant quales prævidit Isaias ipse futuros quando illa verba dixit*. Notandum quoque quod magnus ille Basilius aucto Athanasius annotavit reliquerunt, quòd in Phœthæ videntur hæc verba esse Dei Patris, Joan-

ejus, et ablata iniquitas, mundatumque peccatum. Zacharias : *Et quis ibi ad docendum?* Nec Syrus nobis expressit. Cùm essent, qui ex hoc versu collige-rent, hoc carmen esse omnium, quæ Isaias edidit, primum, hanc septentiam Kimchi in Præfatione ad suum Commentarium in nostrum prophetam referat studeat hæc observatio : « Ex illo capitis 6, 8 : *Quem mittam?* constat existisse Isaiæ atate et alios, præ-ter ipsum, prophetas; et reverà vixit tunc Amosus, Zacharias, intelligens visionem Dei, et Oseas, Beeri filius. At : *Quem mittam?* mirum qui reprehendere sciatur populum hunc: nisi enim ad eum prophetas, et nihil profererunt; respondit Isaias : *Eccè ego, mitte me!* quasi dicit : *Ego! ego adhuc existo; quod si adhuc nihil profeci, forsitan proficiam in posterum.* Qui sensus verbis mero ex lubitu inierunt. (Rosenmüller.)

nes autem loco citato videtur dicere fuisse verba Dei Filii; at apud Lucam in Actis Apostolorum dicantur esse verba Spiritus S., ut probabile videri possit, re-velatum in hæc visione fuisse Phœthæ Trinitatis mysterium, non solum quia per Sanctum clamabant Seraphim Dominum illum Regem Jehova, aut quia, *Quis ibi nobis*, dixit Deus, verùm etiam quoad vo-cem hanc audivit tanquàm à singulis personis prola-tum. CONVERTATUR. Verbum *schub* Hebræis absolutè positum interdum idem valet quòd *respicere* seu *pœnitere*, ut Deut. 30 : *Tu autem converteris*, etc., et Jer. 5, potest quoque construi cum verbo sequenti : *Convertatur et sanem*, id est, iterùm sanem. Vide infra v. 15. ET SANEM. Hebr. *Restituatur ei sanitas*. Hebræis verbum *raphah* est *morbum lenire, medicari, sanare*, interdum cum accusativo, interdum cum dative, ut hoc loco. Ad verb., et *sanitatem illi confertur*, id est, sanitas conferatur. Utuntur enim tertiis perso-nis Hebræi non rarò impersonaliter.

VERS. 11, 12, 15. — *USQUEQUÈ DOMINE*, etc. Admi-ratur propheta severitatem divinæ sententiæ in popu-lum suum, neque dubitans quin ita futurum sit, de duratione illius cæcitatatis sollicitus, interrogat : *Quam-dùm, Adonai?* Cui respondet Dominus, duraturam cæcitatem quousque omnino peritent, ac coram res-publika penitus deleteret, et civitates desolarentur, et vastatio ubique obtineret. Illud autem *donec* non est ita accipiendum, ut post illud exilium et devasta-tionem exules deposituri essent cæcitatem, sed nihil aliud notat juxta Hebræorum idiotismum quàm quòd cæcitas seu obcecatio contingeret desolationem illam. Itaque non dubito quin quæ v. 11 et 12 dicuntur ad tempora Titi et Vespasiani referenda sint, quod autem ultimo loco v. 15, ad tempora Adriani : *Adhuc*, inquit, post illam insignem cladem Jerosoly-mitanam, iterùm decimabuntur, iterùmque erit in *de-pastionem* seu *exustionem*, ut *similis sit illic, aut quercu*, tempore quo *eis folia defuunt, stipite tantum* apparente. Quam similitudinem supra habes c. 1, 50. Sed voces examinemus. LONGÈ FACIET. Vel *procul re-movebit*. Vide Josephum, quòt millia Judæorum ab ducta fuerint in captivitatem ac dispersa per totum orbem : quos hodiè etiam ubique terrarum videmus dispersos. QUÆ DERELICTA FUERUNT. A verbo *habeb*, quod est *dereliquit, deseruit*, etc.; præsertim si cum accusativo tantum construat (mutat enim modum significandi ex variâ constructione, ut Psal. 14 : *Super te reliquit se*; et Gen. 39 : *Reliquit omnia sua in manu Joseph*, id est, commisit; et Neh. 5 : *Reliquerunt us-que ad*, id est, extenderunt) venit participium *habeb*, quod in genere feminino in abstracto interdum accipi-tur, id est, *derelictio*. Vide infra c. 17. DECIMATIO. A nomine numerali *hesser, decem*, venit nomen *Hasiriab*, *decima seu decimatio*, quòd aliqui accipiunt in bonam partem pro *electis*, quos ultimis verbis *semen sanctum* vocat : quibus nequaquam assentior, quòd quæ sequuntur non conveniant, et erit iterùm in *de-pastionem* seu *combustionem*; quare (ut jam exposui) sic accipiendum est ut idem sit : *Adhuc in eâ erit deci-*

matio, et quod mox additur : *Et revertetur, et erit in depastionem*; vel sic : *Post illam multam desolationem adhuc ta nen decima*, id est, nonnulli et pauci remane-bunt; *seu revertetur et erit*, id est, iterùm erit, in *de-pastionem*; semel enim atque iterùm vastati sunt, ut jam dixi. Notandum est autem Hebraismus, et usus illius verbi *schub*, quod est *redire*; et juxta variam con-structionem variè reddi debet. Si construat cum altero verbo, optimè redditur per adverbium, ut Job. 7 : *Non revertetur oculus meus videre bonum*, id est, non iterùm videbit. Psal. 85 : *Nonne revertetur, vivificabis nos?* id est, iterùm vivificabis; et Jos. 5, etc. Jam supra dixi de verbo *bahar* quòd *adurere*, deinde *depassi* significat; quòd si comparisonem quæ sequit-ur cum his conjungas, verte *depastionem*; erit in *depastionem*, sicut *ilex*, etc.; sed meliùs videtur ut ad superiora omnia referantur repetito verbo *erit*, ut supra cap. 1 : *Quando fuerit sicut ilex*, etc. QUÆ EX-PANDIT, etc. Vulg. à verbo *schalah* participium *schaleket* accepit verbaliter pro *emittente seu expandente, metsabeth pro ramis*. Ego in abstracto accepi, quasi sit idem quòd in primo capite. In hæc eadem similitudine dicitur *halah nobeleth*, id est, *quando marcescit folium*, vel, ut Vulg., *defluentibus foliis*. Est autem à verbo *schalak*, quòd tantum in tertiâ est in usu, et significat *dejicere dorsum*; de quo infra 54 : *Interfecti eorum dejicientur*; hinc *schaleket*, *dejectio*; et porta quedam apud Ezechielum *porta dejectionis* dicitur, quia per eam sordes dejiciebantur : quòd Rabbini ignorasse nihil mirum, qui hic somnia afferunt; quos plerique ex nostris sequuntur. RAMOS. Ego *stipitem* dixi; nam Hebræum *maisobeth* est à verbo quòd significat *stare*, nempe *Iatsab*, quòd in voce passivâ significationem habet neutram, ut alia quæ videre potes in Lexicis, et non à *Nitsab*, in quâ formâ verbaliter non legitur : unde pro *statuis* frequentissimè accipitur : hic autem pro *statu arboris*, id est, trunco seu stipite : quòd qui non animadvertierunt pro *subsistentiâ* acceperunt, alii pro *fulcro*; alii aliud somniarunt; eùm tamen de quercubus sit sermo, quales amissis foliis maneat, CAPUT VII.

1. Et factum est in diebus Achaz filii Joathan, filii Ozia, regis Juda, ascendit Rasin, rex Syriæ, et Phœce, filius Romelie, rex Israel, in Jerusalem, ad præliandum contra eam; et non poterunt debellare eam.
2. Et nuntiaverunt domui David, dicentes : Requievit Syria super Ephraim; et commotus est cor ejus, et cor populi ejus, sicut moveatur ligna sylvarum à facie venti.
3. Et dixit Dominus ad Isaiam : Egredere in occursum Achaz tu, et qui derelictus est Jasub filius tuus, ad extremum aqueductus piscinæ superioris in viâ Agri fullonis.
4. Et dices ad eum : Vide ut sileas; noli timere, et cor tuum ne formidet à duabus caudis titonium tumigantium istorum in irâ furoris Rasin regis Syriæ, et filii Romelie;
5. Ego quòd consilium inierit contra te Syria in malum, Ephraim, et filius Romelie, dicentes :

immobilibus truncis, et horrida visa. Sed annota-tione dignissimum est, quòd propheticè more simili-tudinem defecit paululum Phœthæ ad consolatio-nem, in trunco illo considerans vim producendorum iterùm foliorum et fructuum : *Semen*, inquit, *sancti-tatis, vel sanctum, truncus ejus* : ubi opus esse meminis-se quòd jam supra annotavi, quæ de vastatione populi Israelitici hic propheta et alii commemorant, non in-telligenda tantum esse de corporali seu visibili vasta-tione, sed etiam de amissione omnium bonorum per peccata et infidelitatem, quæ corporalis vastationis in causâ fuerunt. Semper autem reliquias superfuturas significat, quæ *semen sanctum* appellat; qui enim in-columes quas ferunt et in suâ infidelitate persistunt, illi jam inter Israelitas non computantur. Vel sic : *Truncus ille idecirò remanebit ut sit quoddam sancti-tatis seminarium*. In hoc enim nonnulli superstites remanserunt, quia ex illis orturi erant sanctissimi illi viri quos in prindivâ Ecclesiâ scimus floruisse. Quid si truncum appellet paucos quosdam pios, apud quos mansit fides illa patriarcharum; qui quidem patriarchæ fuerunt veluti radix sancta ex quâ orta fuerat non solum secundum carnem, sed secundum fidem innumerabilis illa Israelitarum multitudo, qui ubi excederunt à fide, ab arbore quoque ipsâ deciderunt, seu tanquàm rami præcisi sunt, et projecti sunt in conculcationem omnium gentium, ut paucissimi tantum manserint filii fideles, quibus inseri possent gentes, ut fierent filii Abraham? Certè ad hunc locum videtur alludere Paulus ad Rom. 11, ubi postquàm dixisset reliquias seu *electos quosdam saltem consecutos, cæteros autem excæcatos, et oculos habuisse, neque vi-disse, et aures, neque audivisse, dicit massam et radicem sanctam esse*; et *quosdam ex ramis fractos esse, ut gentes insererentur*; quæ omnia in hoc capite ita habes ut non indigent Isaias meliori interprete. Est ergo sensus, et erit similis illic et quercu, quarum in de-jectione foliorum tantum truncus quidam remanet; truncus autem ille in populo semen quoddam sanctum est, seu radix quædam sancta, quæ nunquàm interibit.

CHAPITRE VII.

1. Au temps d'Achaz, fils de Joathan, fils d'Ozias, roi de Juda, Rasin, roi de Syrie, et Phœce, fils de Romelie, roi d'Israël, se portèrent sur Jérusalem pour attaquer cette ville, et ils ne purent la prendre.
2. Et l'on vint dire à la maison de David que la Syrie s'était liguée avec Ephraïm; et le cœur d'Achaz et le cœur de son peuple furent saisis et tremblèrent de crainte, comme tremblent les arbres des forêts agités par les vents.
3. Alors le Seigneur dit à Isaïe : Allez au devant d'Achaz, vous et Jasub votre fils qui vous est resté, au bout du canal qui conduit l'eau dans la piscine supérieure sur le chemin du champ du foulon;
4. Et dites-lui : Ayez soin de demeurer tranquille; ne craignez point; et que votre cœur ne se trouble point devant ces deux bouts de tisons fumants, de la violente colère de Rasin, roi de Syrie, et du fils de Romelie;
5. Parce que la Syrie, Ephraïm et le fils de Romelie ont formé ensemble le dessein de vous perdre, en disant :